



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Instantia promotorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Decreto proximè præcedenti promulgato, Deo gratias agendas esse censuerunt patres: ideo omnes assurgunt, & Hymnus. Te Deum laudamus, quem Illustrissimus Metropolitanus incœpit, Alternis choris canunt. Quo absoluto Reuerendi Promotores primò instant in hunc modum corā Illustrissimo Metropolitanō.

Instantia Promotorum prima.

**I**llustrissimi me & Reuerendissimi in Christo pater, & Domine D. Metropolitanus, Illud in more positum est initio Synodi Prouincialis, decreta de modo viuendi, de eiusdem Concilij officialibus, de præiudicio nemini aferendo, de non discedendo, legi atque edici: ideo ab Illustrissima & Reuerendissima Amplitudine tua petimus, vt quemadmodumoris est, de fugititu legantur, edicantur & promulgantur.

Audita Promotorum instantia, Illustrissimus Metropolitanus infra scripta decreta de suggestu promulganda Cancellario tradidit; & alta voce legit & promulgavit.

Decretum de modo viuendi.

In nomine sancte & Individuae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

**N**O S. Carolus Sancte Romanae Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Tit. Sanctæ Praxedis, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis. Multiplex & gravis admodum, magnisq; curis implicitū manus, cum in omnibus alijs muneric atque officijs Archiepiscopalib; rationib; tum verò etiam in hac Prouincialis Concilij aetione, nobis impositum esse agnoscamus, experiendoq; sentimus.

Atque illud quidem sanè, non modò pastorali quodam desiderio, aut voluntatis significatione; sed omni perenni sollicitudine, omni officio, atque adeo omni opere, sancte religioseque prelare, planeq; exequi debemus. Cum autem concijs simus, onus tam amplum,

grauiissimis actionibus cumulatum, valde impar esse humeris nostris; eamque præterea esse humanæ conditionis nostræ imbecillitatem, vt non sumus sufficientes, ne cogitare quidem aliquid ex nobis, sed sufficientiam omnem quæcunque sit, à Deo patre lumen existere, qui postulatibus à se sapientiam dat omnibus affluenter & non improperat eis: ideo in hac rerum Conciliarium Prouincialiumq; tractatione & consultatione, quæ tota in deliberationibus grauiissimis consumitur, non viribus nostris, quæ exiguae sanè sunt, confisi; sed Dei viuis, cuius ministri sumus, ope atque auxilio freti, toto animo totaq; mente supplices illud ab eo deprecamur, vt nos regat, foueat, & dirigat mētem animumq; nostrum, ad ea, quæcunque prouinciae recte salutariterq; gerenda rationibus opportuna, quæcunq; optima sunt, & plane salutaria.

Obsecramus ergo Reuerendissimos Episcopos fratres nostros qui hoc loco adiungunt, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, vt cum omnes pietatis opes, omnesque Episcopalis virtutum facultates, quarum vberitate circumfluunt, in commune ad spiritalia Prouinciaz commoda perpetuò conferant; tum verò præcipue salutaribus consilijs, sanctissimisq; precibus, conciliarem hanc actionem, quam spiritus sancto auctore hodierno die aggressi sumus, adiuuare studeant: orantes pro optimo huius Concilij sexti Prouincialis successu; vt Prouincia hæc tam sèpè Synodalibus suffulta adiumentis, & disciplinis, atque sanctissimis monitis excitata, clarissimis que sancte agendi exemplis incensa, ardenter studio in dies exardecseat progrediendi in via Domini. Assidue præterea in Dei laudes incumbat; purè castèq; sacrificium Missæ frequenter peragant; facientes, sicut Spiritus sanctus beati Apostoli Pauli vocibus præcipit, obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro Ecclesia sancta Dei, pro Sanctissimo Domino nostro Gregorio Papa Decimotertio, pro Sanctissimo Rege Catholico, ceterisque item regibus, ac reliquis